



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 25. Ismaelis Regis Persarum obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

que, ubi Magistrum valere jussisset, di- **Sæcul. XVI.**
 xisse, „Quamvis huc solus venerim, va- **A.C. 1523.**
 „ lidum tamen præsidium mihi deesse,
 „ haud existimes velim; mecum enim,
 „ quod toto meo exercitu mihi pretio-
 „ sius est, defero fidem ac sinceritatem
 „ tam illustris Magni Magistri, totque
 „ generosissimorum Equitum fidelita-
 „ tem „ postea ad Achimetem Belli-
 ducem, qui eum comitabatur, conver-
 fus dixit, „ non sine animi mei dolore
 „ bonum hunc Senem Christicolum e
 „ domo sua exire compellor. „ Verum
 Magister hac salutatione honoratus, u-
 nice intentus erat, ut suppellectilem
 suam triremibus imponeret, ac tandem
 ipse e portu solveret.

§. XXV.

Ismaelis Regis Persarum obitus.

Quo tempore Solimanus Rhodi obsi- **Bizar.rer.**
 dione distinebatur, celebris Ismael **Perſic l. 10.**
 Sophi I, seu Rex Persarum hujus no- **versus fin.**
 minis primus, patre Scheilk Haidar, & **Leunclav.**
 Matre Usum-Cassani Filia ortus in civi- **ann. Turc. l.**
 tate Sammagiae haud procul Taurisio **16. & in**
 mortalitatem exuit, non nisi quadra- **Pandect.**
 ginta & unum annos natus, quamvis **Paul. Jov.**
 alii Scriptores, illum quadragesimum **elog. l. 5.**
 quartum ætatis annum attigisse refe- **Spond. ad**
 rant, ejusque obitum ad annum Do- **hunc an.n.24.**
 mini'

Sacrl. XVI
A.C. 1522.

mini milletimum quingentesimum vigesimum sextum rejicunt. Hic non raro Christianos Principes incitabat, ut unitis cum eo viribus bellum Turcis inferrent, qua armorum societate facile Rhodi Insulæ expugnatio præpedita fuisset, eo potissimum nomine, quod Solimanus ejus potentiam veritus, splendidissimam ad eum legationem cum muneribus amplissimis misisset, ac universam eam Regionem, quæ Euphrati adjacet, quiete ac pacifice possidendam obtulisset, modo ipsi bellum adversus Christianos gerenti nullum negotium facessiceret. Reliquis ex duabus conjugibus quatuor filios, quorum natu major Tachmasus ætate tunc annorum duodecim, Patri in Imperio successit.

§. XXVI.

Epistola Papæ ad Fridericum Saxonicæ Electorem.

Sleid. in com. **I**nterea cum Lutheri secta magis magnisque invalesceret, non pauci **Sax. 3. p. 85.** **Labb. Cenc.** **C**erdotes ac Religiosi propudioso **20. 14. p. 402.** **I**stadii exemplo animati desertis instituti sui legibus, votisque violatis sacrilegas inibant nuptias, palamque Lutheri errores profitebantur. His igitur morum corruptelis Adrianus Papa vehementer commotus, tantumque licentiam cohibere